



Galileæ Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Iudææ, & Traconitidis regionis, & lysania Abilina tetrarcha. GREG. in Homi. Quia enim Iudæa erat pro culpa perditâ dispergenda, in Iudææ regno per partem & partem plurimi principabantur, secū dum illud: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. B E D A: Pilatus qui dem duodecimo anno Tyberii Cæsaris in Iudæam missus pcuracionem gentis suscepit, atque ibi per decem continuos annos vsque ad ipsum pene finem Tyberii perdurauit. Herodes autem, & Philippus, & Lysania filii sunt Herodis illi, sub quo dominus natus est, in ter quos & ipse Herodes Archelaus frater eorum decem annis regnauit, qui a Iudæis apud Augustum criminatus, apud Viennam exilio perit. Regnum autem Iudææ, quo minus valdum fieret, idem Augustus per tetrarchias diuidere curauit. GREG. in Homi. Et quia Ioannes illum prædicauit, qui simul Rex, & Sacerdos existeret: Lucas Euangelista prædicationis eius tempora non solum per Regnum, sed etiam per Sacerdotiū designauit: vnde subditur: Sub princi. Sacer. Anna, & Caypha. B E D A. Ambo quidē incipientes prædicatione Ioannis, id est Annas, & Cayphas principes iure Sacerdotum sed Annas illum annum: Cayphas vero eum, quo crucem dominus ascendit administrabat, tribus aliis in medio Pontificatus perfunctis, verum hi maxime qui ad domini passionem pertinent, ab euangelista commemorantur. Legalibus namque tunc præceptis vi & ambitio ne cessantibus, nulli pontificatus honor vitæ, vel generis merito reddebatur: sed Romana potestate summa Sacerdotiū præstatur. Iosephus enim refert, quod Valerius Gracius Anna Sacerdotio deturbato, Ismaelem Pontificem designauit filium Fabi: sed etiam hunc non multo post abiiciens, Eleazarum Ananiam Pontificis filium surrogauit. post annum vero & hunc arce officio & Simoni cuiusdam Camithi filio Pontificatus tradidit ministeriū, quo non amplius ipse quæ vnus anni spatio perfunctus Iosephus, cui & Cayphas nomen fuit ita accepit successorem: Ac per hoc, quo dominus noster doctus describitur, intra quadriennium spatia coarctatur. A M B R O. Congregaturus autem ecclesiam Dei filius ante operatur in serualo. Et ideo bene dicitur: Factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium, & vnde ecclesia nō ab homine coepit, sed a verbo. Bene autem Lucas compendioso vsu est, ut Ioannē declararet Prophetam dic: Factum est super eum verbum Dei: & aliis nō adderet, nullus enim eger iudicio sui qui verbo Dei abudat: vnum itaque dicens: omnia declarauit. Ac vero Mattheus, & Marcus & vultu, & cinctu, & cibo Prophetam declarare voluerunt. C H R Y. Verbum autem Dei hic mandatum esse dicitur: quia non a se venit Zachariæ filius, sed Deo ipsum mouente. T H E O. Per totum autem tempus præteritum vsque ad sui ostensionem occultus fuit in deserto, & hoc est quod subditur. In deserto, & vnde nulla suspitio innascatur hominibus, ut gratia affinitatis ad Christum, vel conuersationis a teneris annis: talia de ipso restaretur. vnde ipse testificans dicebat: Ego nesciebam illum. GREG. O. Nissenus: Simul etiam qui in spiritu & virtute Heliaz hanc vitam ingressus est, amotus a conuersatione humana inuisibilium speculationi vacans, ne huiusmodi fallacis quæ per sensus ingeruntur assuetus, quandam confusionem, ac errorem incurreret erga viri boni discretionem. Et ideo ad tantum dipintrū gratiarum eleuatus est apicem, ut plusquam Prophetis sibi gratia infunderetur, quia mundum, & expertis cuiuslibet naturalis passio nis desiderium suum a principio vsque ad finem diuinis aspectibus obtulit. A M B R O. Desertum etiam est ipsa ecclesia, quia plures filii desertæ magis quæ eius quæ habet virum. Factum est ergo verbum dñi, vnde quæ erat ante desertam, fructu nobis terra generaret. b A M B R O. Factum verbum vox secuta est. Verbum enim prius intus operatur, sequitur nobis officium. vnde dicitur. Et ve. in omnem regionem Iordanis. O R I. Iordanis idem est quod descendens: descendit enim Dei fluius aqua salubris, quæ autem loca decebat perambulare Baptisam, nisi Iordanis circumadiacem: ut siquem pœnitere contingeret, protinus occurreret fluenti humiditas ad recipiendum pœnitentiæ baptismum. Subditur. n. præd. bapti. pœni. in remissio. peccatorum. GREG. in Ho. Cunctis legentibus liquet, quia Ioannes baptismum pœnitentiæ non solum prædicat, veretia quibusdā dedit, in baptismū suū in remissionem peccatorum dare non potuit. C H R Y. super Ioannem: Cum enim nondum oblata esset hostia, nec descendisset spiritus, quali-

Hom. 21.

ter erat scinda remissio: Quid est ergo quod Lucas dicit. In remissionem peccatorum: Erant quidem Iudæi ignari, nec culpas proprias perpendebant. Quoniam igitur hæc erat causa malorum vt peccata agnoscerent ad Redemptorem querendum, venit Ioannes hortans illos pœnitentiam agere, vt per pœnitentiam effici meliores atque ceteri ad recipiendam veniam fatagant. Apre ergo cum dixisset, quod venit prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: d. Iccirco suadebat illis pœnitentiam, vt subsequenter veniam facilius impetrarent, credentes in Christum. nam nisi pœnitentia ducerent, nequaquam exposcerent gratiam. vnde baptisina illud nullam aliam habet causam, nisi quod præparatorius erat ad fidem Christi. GREG. in Hom. Vel Ioannes dicitur prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat prædicabat, vt sicut incarnatum verbum patris prædicaretur verbo prædicationis: ita baptismum pœnitentiæ, quo peccata soluuntur, prædicaretur suo baptisinate quo peccata solui non possunt. A M B R I. Et ideo perique sancto Ioanni typum legis imponunt, eo quod lex peccatum denunciare potuit, donare non potuit. GREG. Nazæ zeus: Et vt aliquatenus de baptismum differret differens, baptizauit Moyses, sed in aqua, nube, & mari: hoc autem figurat agebatur. Baptizauit quoque Ioannes non vtique ritu Iudæorum, non solum in aqua, sed etiam in remissionem peccatorum: tamen omnino spiritualiter: neque enim addit in spiritu. Baptizae Iesus, sed in spiritu, & hic est pfectio. Est quoque quartū baptisina, quod fit per martyrium & sanguinem, quo etiam ipse Christus est baptizatus, quod ceteris est venerabilius nimis eatenus, quatenus iteratis contagiis non fœdatur. Est etiam quintum ex Iachrymis: laboriosius tamen, iuxta quod quidem singulis noctibus suū rigant cubile, & stratum in Iachrymis. Sequitur. Sicut scriptum est in libro Esaiæ Prophete: Vox clamantis in deserto. A M B I. Bene vox dicitur Ioannes verbi prædicantis, quia vox præcedit inferior: verbum sequitur quod præcedit. GREG. V. Qui etiam in deserto clamat, quia derelicta, ac deserta Iudæa solam redemptionis annuntiat. Quid autem clamaret aperitur, cum dicitur: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis enim qui hanc rectam, & bona opera prædicat, quid aliud quæ venient domino ad corda audientium viam parat, vt rectas Deo semitas faciat: dum mundas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format. O R I G E. Vel in corde nostro via præparanda est domino: magnum enim est cor hominis, & spatioiosum: si tamen fuerit mundum, neque in corporis quantitate, sed in virtute sensuum magnitudinem eius intellige, quæ tantam scientiam capiat veritatis. Præpara ergo in tuo corde via domini per conuersationem bonam, & egregiam, vel perfectis operibus dirige semitam vitæ, vt in te sermo Dei absque offensa perambulet. B A S I. Et quia semita est via quam præcedentes calcauerat, & quam priores homines corruperunt, eam iterato dirigere iubet sermo illis, qui a præcedentium zelo recedunt. C H R Y. Clamare autem: Parate viam domini, non Regis erat, sed Præcursoris officium. Et ideo eum vocauerat vocem, quia uerbi erat Præcursor. C Y R I L. Sed quasi quis responderet & diceret: Qualiter viam præparabimus domino, vel qualiter eius semitas rectas faciemus, cum plura sint impedimenta honestam vitam uolentibus ducere? Ad hoc propheticus sermo respōdet. Sunt enim viæ quædam & semitæ nequaquam ad eundem habiles: adeo vt alicubi ad tumulos, & iuga tollantur, alicubi decliuis sint, & ad hoc remouendum dicit: Omnis ual imple, & ommons, & col. humiliabitur. Quædam uiam inæqualiter dispositæ sunt, & dum nunc sursum erigunt, nunc uergunt deorsum, ualde sunt ad eundem difficiles, & quantum ad hoc subdit: Et erunt praua in directa, & aspera in uias planas. Hoc autem intelligitur actum esse per nostrum Saluatoris potentiam, quondam enim euangelicæ conuersationis, & uitæ iter erat ad eundem difficile, eo quod & mentes singulorum mundana uoluptates oppræsserat, ut autem Deus factus homo peccatum dānat in carne explanata sunt oia, & reddita sunt ad eundem facilia, & nec collis, nec uallis proficere uolentibus obuiat. O R I G E. quando enim uenit Iesus, & spiritum suum misit, ois uallis repleta est operibus bonis, & fructibus spissatis, quos si habueris, non solum uallis esse desitis, sed etiam mons Dei esse incipies. GREG. Nissenus: Vel quietam in uirtutibus conuersationem significat per conualles,

Hom. 21.

Homil. 21.

ualles, secundum illud Psalmi. Valles abundabunt frumento. C H R Y. Elatos autē superbos nomine montis denunciat, quos Christus humiliabit. Colles autem desperatos appellat, non solum ob superbiam mentis sue: sed propter desperationis sterilitatem, collis enim nullus fructus producit. O R I G E. Vel intelligas quoniam montes & colles qui sunt aduersarie potestates, per aduentum Christi prostrati sunt. B A S I. Sicut autē colles respectu montium magnitudine differunt, in aliis sunt idē, sic & aduersæ potestates proposito quidē conformes sunt, immanitate tamen offensionum fecerunt. GREG. in homi. Vel uallis impleta creuit, montes autem & collis humiliatus decreuit, quia in fide Christi & gētilium penitentium gratia accepit, & Iudæa per errorem perditam hoc vnde tunc erat perdidit. Humi les enim donum accipiunt quod a se corda superbientium repellunt. C H R Y. Vel per hoc declarat legis difficultatem in fidei facilitatem conuersam, ac si dicat, non uiterius sudores & dolores imminentes: sed gratia & remissio peccatorum facilem uiam parat ad salutem. GREG. Nissenus: Vel iubet ualles impleri, deiici uero colles & montes, uolens ostendere quod nec ob defectum uirtutis ordo sit concatus, nec disceper ob excessum. GREG. O. in Hom. Præparata autem directa sunt, cum malorum corda per inuisionem derota, ad iustitiæ regulam dirigantur. Aspera autem in uias planas immutantur, cum immites atque iracundæ mentes per infusionem supernæ gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt. C H R Y. Deinde horum subicit causam dicens: Et uide. omnia salua. Dei, & ostendens quoniam vsque ad finem mundi diffundetur euangelij uirtus, atque cognitio ex more ferino & obstinata uoluntate, ad mansuetudinem & lenitatem humanum genus conuertens, non autem solum Iudæi & profliti, immo tota humana natura salutare Dei uidebit. C H R Y. id est patris qui filium misit ut nostrum saluaretur. Caro autē ad præsens accipitur pro toto homine. GREG. in Hom. uel aliter: Omnis caro. i. omnis homo salutare Dei, uidelicet Christum in hac uita uideri non potuit: propheta ergo oculum ad extremū iudicij diem tendit, quando hunc omnes & electi & reprobi pariter uidebunt. c C H R Y. Manens aliquis in pristino statu & mores suos & consuetudinem non relinquit, nequaquam rite ad baptismum uenit. Siquis ergo uelit baptizari, æquatur. vnde signanter dicitur: Et dicebat ad turbas, quæ exhibat, ut baptizaretur ab ipso. Egredientibus itaque ad lauacrum turbis, loquitur quæ sequuntur. Si enim iam egressi essent, nequaquam ad eos diceret: Geminina uiperarum. C H R Y. Ille itaque cultor deserti uident omnes incolas Palestine circumstantes ipsum & admirantes, non flebatur pro tanta reuerentia, sed insurgens in ipsos arguebat eos. Sacra autem scriptura secundum stimulantem passionem, plerumque ferarum nomina imponit hominibus. Interdū canes eos nominans causa proccacitatis, equos ob luxum, asinos propter demeritiam, & leones, & pardos causa rapacitatis & petulantia, aspidem causa doli, serpentes & uiperas causa ueneni & calliditatis. Vnde & nunc Ioannes Iudæos audacter geminina uiperarū uocat. B A S I L. Oportet autem scire quod hæc nomina natus & filius de animalibus dicuntur, genamen uero potest dici fetus antequam efficiatur, fructus etiam palmariū geminina dicuntur, raro autē in animalibus accipiuntur & semper in malo. C H R Y. Ferunt autē uiperam mare coeundo necare, cuius femens excrefcens perimit matrem, & sic prode in lucē scisso parentis uero in vindictam quoddammodo parentis genitoris, itaq; parricida est proles uiperæ. Tales erant Iudæi qui patres spirituales eorum atq; doctores occidebāt. Quid autē si inuenit eos peccantes sed incipientes conuerti? non debebat eis conuerti sed permulcere? Dicendum, quod non adhibebat mentem his, quæ fiebant exterius, mentis enim eorum archana cognouerat, dno reuelante. nimis enim se iactabant in progenitoribus. Hanc ergo radicē scindens nominat illos gentiuina uiperarū, non quidē uiperarum patriarchas, aut eos uiperas nominas, GREG. in Hom. 20. Sed quia per hoc quod bonis inuident eosque persequuntur, patris suorū carnaliū uias sequentes, quæ ueneni filij de ueneni paritibus nati sunt. Quia uero supradicta sententia intendit quod extremo Christi examine ab omni carne uidebit, recte subditur: Quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Ventura ira est animaduersio uisionis extrrema. A M B R O. Ostenditur autē his Dei miseratione insula prouidentia, vt gerant suorū pœnitentiā delictorum futuri terrorem iudicij denotante merentibus, aut fortasse iuxta quod scriptū est: Estote prudentes sicut serpentes. ostendunt habere prudentiā naturale, quæ profutura uideat & ponte deposcat, le d adhuc noxia nō relinquit. GREG. in Hom.

Con. Euno. lib. 2.

Hom. 12. in Matth.

Quia uero tunc fugere ab ira peccatorum non ualeat, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. Subditur: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. C H R Y. Non enim satis est pœnitentibus peccata dimittere, sed opus est eius fructus ferre sicut illud: Declina a malo, & fac bonum, sicut non sufficit ad sanationem sagittam euellere, sed oportet uicere medicamentū apponere. Non autē dicit fructum, sed fructus copiam designas, GREG. O. in Ho. Nec solum fructus pœnitentiæ: sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciendos. Quisquis enim illicita nulla commisit, huic conceditur, ut licitis utatur, ac si quis in culpam lapsus est, tanto a se licita debet abscondere, quanto meminit se perpetrasse illicita. Neque enim par fructus esse boni operis debet eius qui minus, & qui amplius deliquit, aut eius qui in nullis, & eius qui in quibusdam facinoribus cecidit, per hoc ergo cuiuslibet conscientia conuenitur, ut tanto maiora querat bonorum operū lucra per pœnitentiam, quanto grauiora sibi intulit damna per culpam. M A X I. Pœnitentiæ fructus est impassibilitas animæ: quæ plenarie non fruimur: dum interdum passionibus instigamur: nondum enim fructus pœnitentiæ dignos peregrinamus, pœnitentiam ergo ueraciter, ut a passionibus expediti, peccatorum ueniam consequamur. GREG. in Hom. Sed Iudæi de generis nobilitate gloriantes, iccirco se agnosceri peccatores nolebant, quia de Abraham stirpe descenderant, quibus recte dicitur: Et ne cooperitis dicere, patrem habemus Abraham. C H R Y. Non hoc indicans, quod Abraham naturali origine non descenderant, sed quia nihil prodest ab Abraham descendisse, nisi secundum uirtutem cognitionē obseruent. Cognationes namque leges consuevit scriptura uocare non eas quæ sim naturam consistunt, sed quæ ueritatem a uirtute uel uicio. Quibus namque se quisque conformem statuit, hunc filium uel fratrem uocat. C Y R I L. Quid enim confert carnalis generositas, nisi cōsimilibus studiis fulciatur? Vanum est igitur extolli de bonis prædecessoribus, & deficere ab eorum uirtutibus. B A S I. Neque enim equum uelocem esse facit patris erga cursum strenuitas, sed ueluti ceterorum animalium probitas cōsideratur in singulis, sic quoque laus propria uiri discernitur quæ præsentium bonorum in se comprobatur argumentum. Turpe namque est alienis ornari decoribus, quem uirtus propria non uenustat. GREG. Nissenus: Sic igitur Iudæorum promulgato exilio, consequenter ingerit conuocationem Gentilium, quos lapides appellat. vnde sequitur. Dico enim uobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. C H R Y. q. d. Ne putetis, quod si uos perieritis, filii priuati Patriarchæ, potest enim Deus etiam ex lapidibus homines illi præbere, & ad illum perducere sanguinem: nam & ab ipso principio sic euenit. Ei namque quod est ex lapidibus homines fieri, equipollet exitus filij ab illo emortuo uero Sarg: A M B R O. Sed licet Deus possit diuersas conuertere, & mutare naturas: tibi plus mysterium, quod miraculum prodest. Quid enim aliud quam lapides habebantur, qui lapidibus seruibant: similes utique his qui fecerant eos. Prophetatur igitur faxosis Gentilium fides infundenda pectoribus, & futuros per fidem Abraham filios oraculo pollicentur. Vt autem scias, quia lapidibus comparati sunt hoies arboribus quoque; hoies comparat cum subdit. Iam enim securus posita est ad radicem arboris. Exempli autem ideo facta est mutatio, ut illo comparationis processu, quidam intelligatur homini clementior iā profectus. O R I. Et quidem si iam uigeret cōsummatio, & tporum finis instaret nulla mihi quod nasceret, dicerem. n. propterea hoc prophetatū esse, quia illo tpe complebitur. Cū autē tanta post sæcula fluxerint quō. spiritus sanctus hoc dicit: ego puto Israelitico populo prophetari, quod præcisio eius uicina sit. His. n. qui egrediebantur ad eum, ut baptizarentur: hæc inter cætera loquebar. C Y R I L. Securim ergo in presenti nominat mortiferam irā, quæ diuinitus irruit in Iudæos pp exercitiā impietatis in Christi: non tū heisse radici securim pnticiat, sed ad radicem. i. iuxta radicem positam. Declinā que fuerunt rami, nec radicibus extirpata est planta, reliquæ enim Israel salua fient. GREG. in Hom. uel aliter: Arbor huius mundi est uniuersum genus humanum. Securim uero est redemptor noster, qui uelut ex manubrio, & ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex diuinitate, quæ uidelicet securis iam ad radicem arboris posita est, quia est per pœnitentiam expectat: uideatur tamen quid figura. Et notandum, quod non iuxta ramos securim positam, sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filij tolluntur: quid aliud quam rami infructuose arboris absconduntur? Cum uero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abscisa est. Vnusquisque autem peruersus paratam Car. au. S. Tho. T citius

Homil. 23.